Ex p̄missione b̄nificij vacaturi nemo potest agere. Nota glo. q̄ dicit q̄ imp̄tari d̄z sibi p̄si q̄ producit cartam vel literam facientem contra se. Itēz glo. alle. quando auditur q̄s allegās p̄riam turpitudinem t̄.

Elcedens
Valet generalis p̄missio b̄nificij non vacantis cum se facultas obtulerit. Nota gl. que tangit multos modos quibus quidē modis b̄nificiū potest vacare. Item dicit q̄ sepe i genere permittitur quod in specie prohibetur. Corrigit̄ t̄n ista decretalis p̄ c. detestanda eo. ti. li. vi.

Postulatis
Si ad capitulū et prelatū vt prelatū p̄tinet eligēdi p̄tās de vno ad alterz lapsu temporis non deuoluit̄. secus si prelatus sit ibi canonicus qd tūc verum erit si dolum nō cōmittit. Nō g. q̄ t̄git qualiter idē potest esse ep̄us z canonicus eiusdem ecclē.

Cum dilecta
Directa v' indirecta facta p̄missio a patrono de vacaturo b̄nificio nō tenet. Nota glo. que alle. de p̄tā turpitudine. Item dicit q̄ frustra auxilium legis invocat qui peccat in legem.

Cirius de concess. preben. et ecclesie non vacantis li. vi.

¶ Quia cunctis

k i

Libertertius

Si mādatur alicui prouideri de dignitate vacatura quā duxerit acceptā dā ⁊ vacet dignitas quā an acceptationem ordinari⁹ confert tenet ipsi⁹ collatio etiam si executor impetratis ante acceptationem fecerit reservationem inhibitionem et processus super prima vacante. **N**ota textum q̄ dicit q̄ aliquis puilegiari potest qd̄ non posset excomunicari. **N**ota glo. sam que dicit de clausula irritum et inane.

Betestāda

Omnis promissio per quam datur via ad beneficiū vacatur⁹ est reproba. **N**ota probemū huius litere ⁊ glo. que dicunt pulchra verba d̄ auis et q̄ mens alligata cupiditati cito deviata via ⁊c.

Ne captādē

Nabens lrās ap. se. super primo bñ. fido dignitate vel prebenda qd̄ duxerint acceptandū certum acceptare non potest sed primum quod vacabit vel ex causa secundum vel vlteri⁹ poterit acceptare. **R**eservatōes processus et decreta contra hoc habita non valent. **N**ota gl. que tangit vnū casum in quo sententia excommunicatōis nō ligat ⁊ remittit ad alios ⁊c.

Executor super

Executor dat⁹ generaliter in aliqua prouincia ad prouidendum alicui. p̄ latis vel alijs ad quos beneficiorum in eadem prouincia spectat collatō ne ad prouisionem aliquorum pcedāt. donec illi pro quo scribitur sit prouisum non potest generaliter prohibere nisi hoc concedatur in literis exp̄s. se. potest tamen reservare ut patet in litera

Si capitulo

Si mādatur capitulo ut me recipiat in canonicū et mihi prebendā conferat cū id p̄inet ad eos dato executori ad prouidendū tūc p̄ solā lrāz p̄ntatōem factā capitulo affecta est prebēda. **E**t executor negligente capitulo infra terminum p̄ eum statutum me recipere et conferre prebendā nō vocato ad hoc capitulo id exeq̄ poterit

Si soli

Si soli ordinariorum vel soli executori ad compellendū vel ordinario et tali executori sit scriptum p̄ presentationez talis mādati nō afficitur p̄benda nisi si in literis esset decretū aut executor ille insinuasset et interdixisset maxime cum decreto vel rōe mandati iā esset facta receptio ad canonicatū i his casib⁹ vel eoz altero affecta est p̄bēda. ita q̄ collatio alteri facta non tenet. **N**ō glo. magnā hui⁹. c. que mgrā est sup̄ materia prebendarū et beneficiorū et prelatōe expectantium.

Auctoritate martini

Si tres sunt expectantes i ecclā vnus auctoritate martini ⁊ alter auctoritate boni. et tertius auctoritate eiusdem cum prerogatiua vt preferatur om̄ibus receptis non auctoritate boni. p̄bendas hi consequuntur hoc ordine quia primam habebit secundus ⁊ tertius secundam et tertiam primus. et probatur hoc ar. legalī ⁊c.

Quoniam

Ista decretalis declarat in quibus beneficijs dignitatibus seu ecclesijs curatis locum habet illa decretalis vltima ⁊ pe. de ip̄bendis extra. que loquitur vna cum ista decretali d̄ reuocatorijs oim̄ grāz quo ad bñficijs

De sede vacante in antiquis et vi.

In quibus non est ius questum in re sed ius questum ad rem. Nota ex tex. ei⁹ est interpretari cui⁹ est cōdere. Nota gl. de reglā. qd̄ p̄ me nō stat mibi impu- tari non v3 q̄ illa fallit zc

Titulus de cōces. prebē. in cle.

¶ Cum ei

Decretū p̄ditionale añ p̄ditōis even- tū nō afficit p̄tātē ordinarij vel alter- rius collatoris. sec⁹ qñ acceptatōi bñ- ficij tps̄ adijcīt cum decreto. z q̄ bñfi- cii vacās ab executore petit vel reci- pit illud intelligit̄ acceptasse q̄ vacat- tio nota dicit̄ expectātū ex quo in lo- co bñficij publice scit̄.

Titulus ne sede vacante ali- quid innovetur

¶ Monit̄ ille

Vacante ecclā ipsi⁹ stat⁹ nō mutat̄. Nō g. q̄ dicit̄ q̄ trib⁹ modis fit unio ecclāz. Itē dicit̄ q̄ naturale viciū est negligi qd̄ cōiter possidet̄. Itē dicit̄ q̄ inder p̄stat auctoritatem facto minoris eo tpe quo nō h3 curatorē. Itē q̄ plus utilitas p̄sone q̄ ecclē est attendenda.

¶ Illa deuotionis

Sede vacante capitulū nūq̄ p̄fert p̄ bēdas ad collatōem p̄lati spectātes. Nota g. q̄ dicit̄ q̄ illō intelligit̄ p̄bi- bitū qd̄ nō inuenit̄ esse p̄cessuz. Item querit̄ an p̄tās absoluendi deuoluat̄ ad capitulū sede va. Et qd̄ dicit̄ q̄ sic p̄pter piculum animarum zc.

¶ Constitutis

Judiciū habitū p̄tra ecclā vacantē non valet. et sic multo min⁹ p̄cessus.

¶ Vel sic. testiu receptio z eoz examia- tio ac etiā depositō nō valet ecclā va- cante. Nota gl. q̄ dicit̄ q̄ ecclā carens legitimo defensore conueniri non po- test. et alle.

Titul⁹ ne se. va. ali. inno. li. vi.

¶ Si ad episcopum

Si collatō bñficiorum p̄muniter spe- ctat ad ep̄m et capitulū ep̄o mortuo aut alias suspenso potest capitulum bñficia p̄ferre. Itē p̄t ep̄s si capitu- lū suspēdi cōtingat vel singulos d̄ ca- pitulo excōicari. Si vero collatō spe- ctat ad solū ep̄m cū p̄silio vel assensu capituli tūc nō p̄t capitulū nisi ep̄us fuerit in mora. vbi vero de p̄suetudie vel statuto alicui⁹ ecclē collatō benefi- ciorū spectat ad aliquē cū cōsilio ep̄i ep̄o mortuo vel si in remotis ageret qz p̄ntia ipsi⁹ haberi nō p̄t sine ei⁹ cō- silio posset de tali bñficio alicui⁹ p̄u- deri. Nota gl. q̄ ponit̄ trām inter cō- siliū et assensum.

Titulus de his que fiūt a pres- lato sine con. capi.

¶ Irrita erit

Donatio vel vēditio ep̄oz rei ecclā- stice vel cōmutatō facta absqz collau- datōe z subscriptōe clericorū irrita fu- it et ē. Nō g. q̄ facit̄ d̄tām inter vendi- tōem rei magne z p̄ue

¶ Continuebatur

In t̄pali alienatōe quā fecit p̄lat⁹ ta- citū nitas capituli habetur. p̄ p̄sensu. Nō g. q̄ dicit̄ q̄ p̄lat⁹ nō p̄t vēde neqz donare nisi inde meliora ventura p̄-

k z

Liber tertius

spiciat

Cum nos iam
Alienatio tpalis facta sine psensu ca-
pituli ratificari potest per capitulum. **N**o g.
q̄ dicit q̄ i negocijs eccē necessari⁹ est
psensus vniuersitatis vel maioris p-
tis. **I**te dicit gl. q̄ alienatio q̄ de iure
nō tenet ratihabitōe pfirmat. **E**t de
ciat hoc brocardicū q̄ ab initio nō
valent ex post facto cōualescūt ptra-
cōem regulā q̄ ab initio nō valēt ex
cōtractu tpis nō conualescunt

Mouit tue

In institutiōibus et destitutiōibus
et pfirmatiōibus ecclesiā et alijs eccle-
negocijs p̄lat⁹ psiliū sui capituli req̄-
rere dicit. **N**ota g. q̄ querit nunq̄d ep̄s
audiat sine lris capituli. **I**te an tales
institutiōnes sunt ip̄o iure nulle.

Quanto

Casus est idem licet diuersus ut casus
supra p̄xim⁹. **E**t nota glo. q̄ in hoc ē
singularis q̄ ille crimine falsi tenet q̄
noīa absentii fratru in aliquo facit
ptractu conscribi siue inseri

Ea noscitur

In eccā collegiata in q̄ h3 alia eccā
p̄ntare p̄ntabit p̄lat⁹ de psensu ca-
pituli vel maioris ptis nisi de p̄uery-
dine vel p̄uilegio p̄petat sibi soli. **N**o
g. i p̄n. q̄ dicit q̄ quis potest p̄ literas
p̄sentare.

Cum ap. se.

Re ecclesiasticā detētā a laico potest
ep̄s sine psensu capituli ad eccā ad
quā nō p̄tinet reuocare licet res eccle-
nō posset alienare sine capituli volū-
tate. **N**ota g. que dicit in fine sui vni-
casū in quo licet ep̄o alienare et remit-
tit ad alios

Cua nuper

No p̄t ep̄s sine psensu capituli etiam
religiosis eccās cōferre i quib⁹ etiam
ius obtinent p̄onari. **N**o gl. q̄ tāgit
qualiter tractat⁹ dnt fieri i alienatiōe
rei ecclesiasticē. **I**tem g. tāgit q̄ alie-
natio dicitur p̄petua. **I**te dicit q̄
ecclesia non morit

Pastoralis officii

Ep̄s parochiales eccās vel obuen-
tōes earū etiā cū psensu p̄oni sine cō-
sensu capituli sui mōasterio p̄ferre nō
p̄t. **N**ota g. q̄ dicit q̄ dionisius papa
diuisit parochias et cymiteria et statu-
it cetera. **I**te dicit q̄d semel a iure ē cō-
cessum.

Et si membra

Ad cōcilia p̄uincialia vocari debent
et admitti cathedraliū ecclesiarū ca-
pitula. **N**ota gl. q̄ dicit q̄d oēs tāgit
ab oibus p̄probari dicit. **I**tem g. ponit
casus q̄n laici p̄nt interesse cōcilijs p̄-
uincialibus

Titulus de his que fiunt a ma-
iori parte capituli

Cum in cunctis

Ordinatio maioris partis capituli
per appellationem et contradictōem
minoris nil rationabile opponētis
et probantis impediri nō debet. **N**o-
ta tertium q̄ non sunt iuramenta sed
potius periuria sunt dicenda q̄ ptra-
scōp̄ patrū decreta veniūt siue etiam
utilitatē ecclesiasticā. **N**ota g. q̄ dicit
q̄ nō semp̄ stat⁹ maiori p̄ti nec plura-
litate. et dicitur maior pars que ma-
iori nititur rōni et pietati et p̄sumit p̄-
ploralitate nisi p̄trariū p̄betur. **I**tem

De rebus eccle. nō alienādis i āti.

capitulum potest facere statuta

Quesiuit

Canonici nō interdicūt ecclesiam et hoc facere dicit ep̄s cū suo capitulo. **N**ō tert. q̄ dicit q̄ pctā suos auctores tenere dñt et q̄ pena vltimī p̄trahēda nō sit q̄ delictū fuerit in excedēte re pertuz. cū alibi habet. pene suos dñt tenere actores. **I**te dicit q̄ p̄pter delictū alicui⁹ p̄sone ecclā interdici nō dicit. **I**tem iustus perit pro impio

¶ Ex ore sedentis

Cōis ordinatio ecclē p̄ cōtradictōez ⁊ appellatōem ei⁹ cui⁹ nō interest impediti nō dicit. **N**ota tex. q̄ dicit q̄ in uentura quicq̄ sit p̄ anulū. **I**te dicit textus q̄ faciēs alteri reuerētiā ut prelatō suo fatei eū platū suū ⁊ iuri qd̄ habere p̄tendit videt̄ renūciare. **N**ota glo. que expedit se d̄ tacito consensu

¶ Ex parte tua

Prelat⁹ cū maiorī p̄te capituli contradicente minorī statuere potest q̄ ad necessariā reparatōem fabrice quilibz canonicus cōferre teneat. **N**ota glo. q̄ dicit quis dicit dare ad fabricā. **I**te valet sentētia plurimozū qz euidēs ē illos rōe inuari. et alle. concor.

¶ Titulus ut ecclesiastica beneficia sine diminutōne cōferatur

¶ Ut nostrum

Occulta collatō bñficij licet sit suspecta. tñ valet dūmō alias facta legitie p̄probei. **E**t nō istū tex. q̄ ē multū notabilis. **I**te dicit q̄ explorari iuris ē q̄ actore nō pbāte re⁹ absoluit. **I**te dicit q̄ papa de occultis nō p̄t diuinare. **I**te q̄ occulta suspitōne non caret. **N**ō g. hui⁹. c. ⁊ tene eā menti que

dicit an q̄s possz p̄denari sine accusatore. **I**te an actore nihil pbāte reus debeat absolui et an hoc sit regulare et in quibus casib⁹ fallit et i quibus nō. **I**te dicit q̄ allegās cōtraria nō ē audiend⁹. **I**te, gl. tangit de errore quā scz q̄s potest se pbare errasse

¶ Titulus de rebus ecclesie alienādis vel non

¶ Non licet

Prelat⁹ nō p̄t dare bona vni⁹ ecclesie alteri nec sine cōsensu ambarū res ad vtrascz p̄tinētes inuicē p̄mutare. **C**l. de g. q̄ ar. et dicit q̄ p̄missa fieri p̄nt p̄ prelatum subsistente causa

¶ Qui res ecclesie

Laici non possunt res ecclesie donare. ⁊ q̄ ab eis recipiunt excōicantur ⁊ p̄dunt omnia que alias ab ecclā legitime obtinebant. **E**t g. dicit quousqz satisfaciant et alle. concor.

¶ Consensus

Rektor ecclē q̄ dat ecclē rez duple est: matōis seruū ecclē manumittere p̄t. ip̄e tñ manumissus et posteri ei⁹ erūt sub p̄ocinio ecclē. **N**ō g. q̄ dicit bene meritos posse manumitti

¶ Episcopi qui

Si prelat⁹ nihil dat ecclē ⁊ seruū ecclē manumittat manumissio non tenet. **N**ota tex. qui dicit impiuz esse ut qui res suas ecclē non cōtulerit dānum ipsi ecclē inferat et alle.

¶ Nulli liceat

Res ecclesie alienare non licz vel alienari non debent. **N**ota glo. que ponit drām inter pignus et hypothecā. **I**te, nota tex. et glo. que dicūt quāta

Liber tertius

ptinet i se hoc vbu alienare Itē nō g.
q̄ poit draz inc fēdū z emphiteosim

Si quis presbyterorum
Alienatō scā de reb' ecclē non tenet z
alienātes nisi rē restituāt excōicātur.
z qlibet cleric' de ecclā p̄t p̄radicē et
rē cū fructib' repetere Nota gl. q̄ ar
guit an subscribēs se alicui cōtractul
noie alieno v̄dēt consentire

Ad aures

Terra ecclē infertil' dari p̄t in emphi
teosim ei cui' studio reducit ad cultu
rā Nō g. q̄ dicit q̄ melioratō colont
facit q̄ expelli nō dz qz diligētia sua
nō dz sibi esse damnosa

Et super aliqua

Qui iuravit nō alienare illa q̄ sunt d
mēsa ea de qb' dubitat an sūt de mē
sa alienare nō debet Scdo dicit. post
fessiones min' vtilis p̄ vtilib' de con
sensu capituli sui p̄t ep̄s p̄mutare Nō
g. q̄ dicit q̄ quilibet ep̄s q̄ immedia
te dño pape subest z pape iurat Idē
furentū prestāt alij ep̄i suis metro
politans

Ad audientiam

Canonic' p̄diaz ecclē p̄petuo locare
nō p̄t. Nō gl. q̄ querit hoc casu anne
p̄ductores habeāt actōem p̄tra loca
tores ad pecuniā repetēdā et g. soluit

Possessiones

Prelat' possessiones ad mensā suā v̄p
capituli p̄tinentes alienare nō dz. nec
dz ecclās i qb' monachi ministrare cō
suenerūt clericis vel laicis assignare.
Nō g. q̄ dicit q̄ postq̄ loc' ē fact' rei
ligiosus simpli' ad seculares vsus rei
dire nō dz. et alle. g. p̄cor. alibi. qd se
mel deo dedicatū ē amplius ad p̄hs
nos v̄sus z.

Ad nrām

Ecclā restituit p̄tra cōtractū in q̄ fuit
enormiter lesa. Nō gl. i p̄n. q̄ dicit q̄
pluralis locutio dnoꝝ numero p̄ten
ta ē Itē dicit g. q̄ p̄ leui dāno nō da
tur restitutō Itē dicit q̄ nemo p̄p̄is
stipēdijs tenet militare et pro labore
quis mercedem recipere dz

Cum laicis

Alienatōes facte d̄ feudis vel alijs re
bus ecclasticis nō tenet q̄q̄ p̄ cōstitū
tōes laicoꝝ approbent Nō g. q̄ dicit
q̄ laici p̄ncipes p̄nt dare ecclesijs p̄
uilegium. et alle.

Titulus de rebus ecclesie non
alie. li. vi.

Budum

Perpetua alienatio facta d̄ reb' ecclē
vacatis et nō p̄cedēte tractatu z sine
iusta cā nō valz Nō g. q̄ q̄rit an hoc
casu valet singulorū p̄sentus an om̄s
debeāt simul p̄sentire Itē notat glo.
singulariter draz inter decretū aucto
ritatē z p̄sentum siue collaudatōem z
alle. ad hoc iura

Hoc consultissimo

Ista decretalis i p̄mo p̄hibet submiss
ionē ecclesiarū z bonorū suorū imo
biliū vel iuriū fieri laicis absq̄ cōsen
su capituli z licentia pape Scdo cas
sat p̄tract' quacūq̄ firmitate vallatos
contra hoc de cetero faciendos. Ter
tio punit p̄latos p̄rafaciētes et cler
icos nō cōtradicētes et laicos q̄ ip̄os
p̄latos ad hoc p̄pulerūt vel p̄p̄ilent
Quarto p̄cipit laicos p̄ tales p̄tract'
eo casu quo valent vltra debitū non
vsurpare z penam apponit

Titulus de rebus ecclesie non
alie. in cle.

De rebus eccle. nō alienādīs i cle.

Conasterium

Religiosus q̄ concedit alicui ad vitā vel ad certum tempus iura reddit⁹ vel possessiones administratiōis cui preest suspensus ē ab officio nisi duo concurrant scz conuentus si conuentum habet et si non habet prelati cōsensus **Nota** glo. que dicit d̄ obediētiarijs q̄ faciūt hos contractus

Vbi vna ecclesia

Ep̄s suo capitulo p̄sentiente p̄t vna ecclesia alteri vnire rectore vel def̄sore si vacauerit ad hoc nō vocato s̄ mēse sue vel capituli etiā capitulo cōsentiente eccliam vnire nō p̄t etiā cōtraria consuetudine non obstante

Vtitulus de precariis

Conprecarie

Precarie s̄m auctoritate et antiquā consuetudinē de quinquēnio i quinquēniū renouentur. **Nota** gl. que dicit q̄ precariū est quod precib⁹ petenti vtendū conceditur tādū q̄ dicitur is qui cōcessit patitur et alle. ff. eo. ti. l. i. et infra eo. c. fi.

Con de precariis

Renocat successor p̄carīā p̄ rectores ecclē irrationabilē factā **Ad** g. q̄ dicit q̄ vbi p̄tract⁹ nō valet nec valet p̄ca illi apposita. **Itē** q̄ successor p̄t renouare qd̄ predecessor illicite fecit

V Precarium

Concessio p̄carij extinguitur ad voluntatem cōcedētis vel sibi succedentis. p̄carie at̄ p̄fessio nō **Ad** g. q̄ dicit q̄liter differūt comodatū et precariū **Itē** etiā q̄liter p̄carīū. p̄carīa et p̄carīū **Itē** nota g. q̄ tā ille q̄ rogat p̄ca

riū q̄ ille q̄ dat vt̄ concedit vt̄ vterq̄ possidet etc.

Citulus de comodato

Cum grā

Ista decretalis dicit quomodo et quā et qualiter et de quo comodatarius teneatur et q̄ comodatus intēpestiue nō reuocatur **Nota** tex. qui dicit de leui et leuissima culpa et de mora et de hac quid sit et quot modis cōtrahatur vi. per abb. hic. **Itē** dicit tex. in fine q̄ nos beneficijs non oportet at̄ decipi sed iuuari **Vide** glo. que dicit quid sit comodatum

Vtitulus de deposito

Contrahis

Ex deposito facto apud clericum ecclesie nō tenet ecclesia nisi fuerit i vtilitatem eius versum. **Nota** g. que dicit q̄ suspecti torquendi sunt

V Bona fides

Ista decretalis est gregorij et primo dicit ad quid depositarius teneatur. Secundo dicit quomodo depositū repetatur **Nota** gl. que dicit q̄ depositarius non debet minorem diligentiam siue respectum habere ad rē depositam q̄ ad propriam rem **Itē** dicit glo. q̄ contract⁹ ex p̄uentōe legem recipiūt et seruari d̄nt nisi reprobatī fuerint a iure **Itē** res deposita nō deterior debet reddi alias reddita nō videtur **Itē** qui requisitus et condēnatus depositus nō restituit infamis efficitur **Itē** q̄ contra depositū non

Libertus tertius

admittit p̄p̄latio nec etiā depositus
deposito p̄pensat. **I**tem q̄ etiā p̄doni
restituendū ē depositū. 7 si dñs simul
cū fure petat depositū dño f̄stitū d̄z
de eq̄tate. **I**tem q̄re p̄tract̄ dicuntur bo
ne fidei et stricti iuris d̄xi s̄ de exce
ptōib⁹ in. c. **C**ū venerabil⁹. **I**tem dic̄ g.
q̄ p̄p̄latō fit in pecunia 7 i p̄d̄ere 7
i quātitate 7 nō i sp̄b⁹ ad pecuniaz.
Item dicit q̄ absurdū ē d̄im̄nutōez
ferū fieri p̄p̄ter pecuniam.

Titulus de emptōne et vendi
tione placuit

Ombi plebes suas amouere dñt vt 7
īpi hospitalet sint vt cari⁹ nō vēdāt
trāseūtib⁹ q̄ i mercato vēdē p̄nt. **N**ō
g. que dicit q̄ ad hoc etiam possunt
p̄ excōicatōem compelli

Ut mensura

Qui iustas mensuras et iusta ponde
ra lucrī cā mutare p̄sumperit xxx. di
es in pane et aqua peniteat. **I**tem di
cit glo. q̄ ad hoc lege **C**ornelia d̄ fal
sarijs puniri debet

Cum dilecti

Nō irritat vēditio si velit emptor li
cet min⁹ dimidia iusti p̄cij res sit em
pta. **N**ō g. q̄ dicit q̄ tps vēditōis rei
inspiciendū est. **I**tem nota q̄ petit rē ex
vna cā 7 succūbit ex alia cā petere nō
p̄hibet. **I**tem licitū ē cōtrahētib⁹ se ad
dimidiā iusti p̄cij decipe. **I**tem qd̄ sit
dimidiū iusti p̄cij et duplū dimidiij. 7
qd̄ tripli est pulchra gl. in. l. rē mino
ris p̄cij. **C** de resc̄. vedi. **N**ō g. q̄ dic̄
q̄ sit leuis culpa et q̄ leuissimā. leuis cul
pa est q̄daz mediocris cautela i q̄ q̄s
nō cauet etiā diligens. leuissima ē in
q̄ diligentissimi cauere se non solent.

Peruenit ad nos

Si vir hñs alia bō vñ vxor sibi cōsu
lere p̄t p̄sentiente vxore rē sibi donatā
p̄pter nuptias vēdiderit 7 p̄ciū i vñuz
vxoris p̄uertit emptorē q̄ rez spatio
xxx. ānozū possederit sup̄ illa re vxor
inq̄tare nō p̄t. **U**el sic. **S**i vir rē do
natā p̄pter nuptias vendidit eo mor
tuo vxor emptorē inq̄tare nō p̄t.

Quo nrām

Fict⁹ emptor q̄ ver⁹ ē creditor restitu
ere cogit rē i veritate ip̄ignozatā sed
fictē vēditā si satisfactū ē sibi de sorte
fructib⁹ sc̄p̄utatis. rō habet qz fraus
et dol⁹ neimī patro. ut i tex. **N**ō non
qd̄ sc̄ptū ē s̄ qd̄ gestū est inspiciendū.
Item q̄ cessio simulata p̄sumitur p̄pter
modicum precium

Cum causa

Nō irritat vēditō si velit emptor li
cet min⁹ dimidia iusti p̄cij res sit em
pta. **N**ō g. q̄ in cetera dic̄ q̄ indebi
tū solutū p̄t trāfactōz nō r̄petit. 7 all⁹

Si venditori

Ista decre. poit tres casus i q̄b⁹ re euf
ctā vēditōz emptori de euictōe nō te
net. **P**rim⁹ ē si emptor p̄ iudiciū cō
tra eū inceptū vēditōz nō int̄mavit
Secūdo si p̄tūmacit se emptor a iudi
cio absentavit. **T**ertius si p̄ iniuriam
iudicis sn̄a fuerit p̄tra emptorē lata

Titulus de locato et cōducto.

Ex rescripto

Nō d̄z tractari d̄ p̄ducēdo nisi d̄ vo
lūtate inhabitantiū donec sit tps cō
ductōis elapsū. **N**ō g. q̄ dic̄ q̄ pene et
odia q̄nqz sūt āpliāda p̄tra id qd̄ cō
munic̄ p̄suenit dici. pene sūt restringē
de r̄. **I**tem tāgit g. q̄s sit canō late sn̄e.
Item tāgit q̄līc̄ p̄stitutō d̄z publicari

De rerum permutatōe in anti.

Uestra nobis

Renocat statutū qđ artat rectores ⁊ eccl̄as res suas certis tantūmodo locare psonis. Nota gl. que dicit qđ nō ē contra ius qđ fructus decimarū ad tempus locētur licet ius decimarum vendi vel locari non p̄t ē.

Propter

Propter sterilitatē vno anno contingentem fit remissio pensionis p rata fructuum illo āno collectorū nisi illa sterilitas cū vbertate p̄cedentis vel sequentis anni posset compensari. Nō glo. que dicit de quo colono istud. c. intelligitur. Itē qđ eccl̄a modicū damnum tolerare dz. et alle g. concor.

Poruit

Potest emphiteota suas meliorationes v̄dere nec emptor emere phibetur si emphiteota p̄mit̄ req̄sivit eccl̄a. Itē si denunciauerit eccl̄e quātum ali⁹ sibi offert ⁊ si eccl̄e se nolle emere dixerit vel a denunciatiois tpe spatūz duozū mensū lapsū fuerit. Itē emphiteota expelli poterit si a solutioe canonis p bienniū etiā nō monit⁹ cessauerit qz dicit tex. qđ hoc casu dies interpellat p hoīe. Nota gl. qđ dicit ⁊ enumerat certas psonas que ab emptōe melioratiois p̄dicte sunt phibite.

Titulus de rerū permutatōe

Si princeps

Ecclesia potest res immobiles cum p̄ncipe permutare si cā rōnabil̄ id exposcat et meliora p̄spiciat. Nota gl. que dicit qđ pragma id est qđ causa. Et dicit̄ pragmatica sanctio cōstitutio super aliqua rep̄mulgata ē.

Et commutationes

Commutationes rerum ecclesiarum que ab antecessore incōsulte facte sūt potest successor emendare. Nota glo. sam que dicit qđ ratōabilis causa debet subesse in commutatione rei ecclesiastice ⁊ si ratio non subest tūc dicitur facta inconsulte.

Adincipia

Adincipia ecclesiastica nisi ad libertatem non conuenit permutari. Nota tex. i. si. qđ dicit qđ illud qđ semel dō cōsecratum est ad humanos vsus transferri non dz. et glo. ar. p. et contra.

Ministum videtur

Et supra proximo capitulo. Nō tex. in si. qui dicit qđ absurdum est ut seruus discedens ab ecclesiastica dignitate humane obnoxius fiat seruituti. Nota glo. que disputat an seruus fugitiuus possit distrabi.

Questum est

Prebende pacto p̄cedēte p̄mutari non possunt. potest tamē ep̄iscop⁹ ex causa de loco ad locū p̄mutare p̄sonas. Nota glo. que dicit qđ interdum valet mutatio loci. Item qđ licz quis rē alienā vendere p̄t et tenet venditōrē tñ non suam p̄mutare non potest.

Ad questiones

Eccl̄e iure p̄petatis p̄nt ad inuicē p̄mutari et possessiones etiā ip̄arū permutari p̄nt et p̄ minus valentibus p̄ciui suppleri. Nota gl. qđ docet qualiter sp̄uale pro sp̄rituali ⁊ temporale pro temporali permutatur. Et intelligas hoc. c. cuz eccl̄a possidet ut p̄prietas ⁊ non vt beneficium vt notatur supra de transsc. c. sup. eo.

Cum olim

Beneficia sua perdunt qui ea p̄pria

Liber tertius

auctoritate pmutat. Nota gl. que dicit
sputat an in confessum etiam sunt p
tes iudicis. Item q nullus est dñs bñs
ficiozum suorum sed usufructuarius.

Cū vniuersorum

Clerici p se sua bñficia pmutare non
dñt. Vel sic. Clerici p se sua bñficia p
mutates bñficijs suis puañt. nisi per
miam et ob simplicitatē eorū tolerā
tur. Nota tex. qui dicit q deceptis z
non decipiētib⁹ iura subueniunt.

Exhibita nobis

Spūale cuz tpali permutari non po
test. Nota gl. in pn. sui que dicit q d
re spūali potest in arbitros compro
mitti. Item q arbitrium est nullum
qđ est contra formam iuris pbatum

Titul⁹ de rerū permutatiōe li. vi.

Licet in tua

Nō obstantib⁹ expectatōib⁹ bñficioz
pmutatio fieri p̄t. Nō gl. que dicit in
pncipio q ille q expectauit primā va
cāntē primā conseq dz prebendā hoc
fallit i casibus quos ponit Jo. an. de
preben. in. c. Quia sepe et de concess. p
ben. in. c. Soli. Item nota glo. q vide
tur tangere q in pmutationibus req
ratur cōsensu collatorū z g. remittit

Titul⁹ de rerū permutatiōe i Cle.

Concessione

Si bñficia ex cā pmutatiōnis ab aliq
bus resignata alijs q̄ ip̄is pmutare
volentib⁹ pferatur nullius hoc volu
mus esse firmitatis et ponit ius no
uū. Nō g. q̄ inter cetera dicit q pmu
tare volēs z p̄terea renūciās bñficio
dz hoc i renūciatiōe exp̄mere scz q re
nūciat pmutatiōis cā. Et dato q hoc

non exp̄matur satis tñ est q cōstet ex
coniecturis vel prius actis

Titul⁹ de feudis

Infinuatiōne

Si ecclā a suo vasallo recipit feuduz
in pignus abstinēdo ab eius seruitio
non tenet fructus computare in sorz
tem. Notant hic doctores q res ali
cui propria potest sibi impignozari

Ex parte

Istud. c. poit tres casus i qb⁹ nō ob
stāte iuramēto de nō infeudando p̄t
ep̄s antiquū feudū ad ecclā reuersū
nouo vasallo pcedē. Prim⁹ est qñ va
sallus mortu⁹. Secūdo si vasall⁹ feu
dū alienet. Terti⁹ qñ feudū facili⁹ re
cupari nō p̄t. Nota gl. q̄ in pte tāgit
an filius teneatur ex delicto patris.

Item quibus modis perdit feudum

Titul⁹ de pignoribus

Nullus

Clericus non dz rem ecclē absq̄ iustif
sima necessitate laico vel femine z. in
vadum dare zc

Lator presentium

Liber hō p debito nō dz teneri etiā
si defuerit q p debito debeat iudica
ri. Vel sic. Liber hō etiā si nō sit soluz
do p debito pecuniario teneri nō dz
h. d. Nō gl. q̄ dicit q pater i nccitate
p̄t obligare et etiā vendere filiū. vt ē
tex. i. l. si. l. d. pa. q̄ si distray. Item scōz
sūmariū pcedit qñ debitor cedit bo
nis. vt. l. q̄ bo. ce. pñt. alias i carcerez
destruditur.

Ex presentium

Si rector ecclesie pro suo facto pro
prio rem ecclesie obligat cogitur ei⁹
heres rem ecclesie redimere z ecclesie
restituere. Nota glo. que dicit q non
obligantur nisi ea que q̄s d reb⁹ suis

De fideiussoribus in anti.

obnoxia facit **I**tem dicit g. q. hoc casu
ē in optiōe ecclē an velit alienantez
vel recipientē cōuenire qd̄ ē nōnduz

Illo vos

Si usurari⁹ emit rē eo pacto q. post
tps eā restituat venditori recipiendo
aliqd̄ vltra sortē. fructib⁹ tñ in ea cō
putatis in sortē iudicat cōtractus pi
gnoraticius **N**ota g. q. dicit non qd̄
scriptū ē h̄ qd̄ gestū est inspiciat **I**tem
g. declarat qñ emptio vel venditio ē
p̄ditionalis 7 qñ nō **I**tem q. ex quali
tate plone p̄sumitur

Ex literis tue

Agit mulier p̄ dote p̄tra quēlibz de
uinentē bona mariti. **N**ota gl. q. poie
casus in qb⁹ p̄stante inrimonio vxoz
petit dotē **I**tem dicit g. q. mulier p̄ferē
oībus creditorib⁹ i dote petēda. etiā
q. ad illos q. h̄nt tacitas hypothecas

Cum contra

Si creditor vel is q. ab eo cām h̄z re
cipit tot fruct⁹ de pignore q. sit satis
factū sorti d̄z pign⁹ restituat debitori.
Item g. dicit illud qd̄ p̄cipi potnit etiaz
p̄putandū fore. **I**tem dicit gl. quando
creditor tenet de pignore

Significante

Si is qui sub pacto legis commissio
rie rē suā impignorauit et iuravit nō
contrauenire et iuste impeditus non
redemerit rem post diē illam redime
re potest **N**ota glo. que declarat qd̄
sit pactum legis cōmissorie. **I**tem gl.
tangit quando factum nunciū vel p̄
curatoris nocet dño et dicit qñ dñs
putat nunciū fidelem tempore mis
sionis non imputatur dño

Conster

Usufructuari⁹ cauet de vtēdo et fruē
do re arbitrio boni viri satua rerum

substantia in bonis immobilib⁹. **I**n
mobilibus vero vsu consūptibilibus
cauet de restituenda re vel estimatōe
vl̄ d̄ restituēdo tātūde finito vsurcū

Cirulus de fideiussoribus

Clericus

Clericus fideiussionibus inseruiens
ab ecclesia vl̄ a clericis vel a credito
re abijciatur **N**ota gl. q. exponit in
seruiens et dicit q. frequentia designat
Item dicit q. cleric⁹ fideiubere non d̄z

Pervenit ad nos

Compellit debitor seruare fideiusto
rē indemne etiam p̄ assignatōez p̄ue
tuū beneficiorū suozum **N**ota glo. q.
arguit nulli debere officium suum ec
damnosum **I**tem dicit qñ vsure 7 in
teresse sunt petende. **I**tem clericoz
bona etiā reddūt beneficiorū 7 quo
tidiane distributōes p̄nt interdici

Constitutus

Per districtōem ecclesiasticā compel
litur clericus debitor a fideiussioe li
berare fideiussorem qz creditoribus
molestatur. **N**ota gl. q. tāgit qñ fidei
ussor p̄t agere ad liberatōnem

Quod quibusdam

Si sine licentia prelati et maioris p̄
tis capituli fligiosus fideiussor aut
mutuū receperit conventus nō tenet
et ipse punitur nisi mutuū sit versuz
in vtilitatem ecclesie **N**ota glosam q.
dicit q. tempore necessitatis etiā mo
nachus fideiubere potest causa. s. pie
tatis ea enim grā tenet proximo sub
uenire. **I**tem clerici inter se possūt fi
deiubere cū p̄ueniūtur. **N**ō omittas

Libertertius

glo. si. q. creditor tenetur probare in
vilitatem ecce conuersum esse debi-
tum. x. q. ij. §. ius.

Cum pro quo

Si te p aliquo in fideiussore obliga-
ti si diu indebiti solutone cessauerit
aut dissipare bona sua ceperit aut su-
p hoc pdenat' fuisse iure poteris euz
puenire vt te a fideiussioe debeat libe-
rare. Itē si hoc ab initio secu puenit.
et ita in casib' añ solutiōem p̄t agere
fideiussor vt liberet. 7 alle. g. concor.

Titulus de solutionibus

Ad hoc

Sicut fili' tenetur soluere debita pa-
tris ita prelat' tenetur soluere debita
sui predecessoris contracta p vtili-
tate ecclesie. et hoc intellige veruz si
filius est heres. Nota glo. que tangit
et remittit quando heres tenetur ex
delicto defuncti. Itē q' successor ad id
tenetur qd' predecessor facere debuit
et alle. concor. Itē heres tenet solue-
re omnia debita defuncti qualitercū
q' contracta vt hic nisi fecerit inuen-
tariū et nisi ex delicto pcedat vt i. g.

Si quorundam

Si plar' eccliam p alienis debitis ob-
ligat suspensus ē ab administratōe tpa-
liū et spūaliū et ecclā nō tenet. Nota
h. g. q' dicit q' licet hoc casu redderet
ecclā indemnīs adhuc. tñ iste ē remo-
uendus ab administratōe

Cardus

Debitor q' nō ē solnēdo excōicāt' qz
nō soluit absoluit ab excōicātōe cum
cautōe de solnēdo si ad pinguiores p-
uenerit fortunā. h. d. Nota gl. q' dicit
q' inanis ē actio. Itē q' impossibilis
liū nulla est obligatō. Itē q' in cessio

ne bonorū habēda ē ratio ne cedēs
egeat qz nō est fraudandus alimētis
quotidianis

Is qui conqueritur

Qui conqueritur indebitā pecuniāz
se soluisse pbare tenet q' indebite sit
soluta nisi aduersarius eius solutiōez
inficians de contrario conuincatur.
tunc em̄ ei diffitēti on' incūbit pban-
di qd' debitū recepisset. Et de inde-
bitō multiplici vi. hic optime per g.
et planissime p abb.

Titulus de donationibus

Prudentes

Mobilitas hāc sibi legē ponit vt ex-
stimet se debere qd' spōte tribuit et ni-
si in beneficijs suis creuerit nihil se p-
stitisse putet. Nota g. que dicit q' bes-
tius est dare q' accipere. Item dicit.
hilarē datorē diligit dñs. et alle. Re-
fert etiam quatuor versus in martial'

Fraternitatem

Non valet donatō quā facit platus
inconsulto capitulo 7 in damnū ecclē
Nō ter. q' dicit q' plati sūt pcuratores
rerū ecclāz et debēt cōditōes eorū fa-
cere meliores et non deteriores. Nō
g. que dicit q' prelat' si consuetudo
est potest modicum dare

Leterū si

Prelat' modicam rem ecclē dona-
re potest vbi habet hoc consuetudo.
Nota q' consuetudo dat iurisdictio-
nē et liberiorē cōfert administratōez
Et semper respiciendum est ne ecclā
enozimter ledatur

Consultationibus

De peculio clericorum

Ecclesia non vacans in beneficium perferri non potest sed in proprietate per de licentia episcopi sine iudicio prelati. Nota g. q. dicit quod nemo sine culpa est privandus sine spoliatus beneficio suo

Per tuas

Non obstante iuramento de non infeudando de novo prelatus potest integrare feudum si appeat vasallum in mensura deceptum. Nota gl. q. dicit quod papa quando concedit privilegium ob gratiam prelati obsequii. Item quando quis decipit in quantitate rei agere potest ad supplementum

Cum dilecti

In donationibus latissima est interpretatio facienda. Nota tex. in si. qui dicit quod in contractibus plena et in testamentis plenior. in beneficiis quoque plenissima est interpretatio adhibenda. Item g. notat que veniunt in donatione possessionis vacantis

Pastoralis

Si episcopus in ecclesia quam de consensu capituli pro loco concessit percipiebat certos redditus illos donasse videtur aliter id est si episcopus nihil percipiebat omnes redditus ecclesie preter cathedralem cedunt pro loco et si episcopus concessit de consensu patroni intelligitur patronus donasse ius patronatus. h. d. Nota glo. que dicit quod aliud est contrahere societatem simpliciter et aliud omnium bonorum

Inter dilectos

Possunt hospitalarii in suo iudicio tantum se et domum suam alteri religiose domui subicere vel donare. Nota textum qui dicit de illo qui allegat propriam suam turpitudinem. Item quod deceptis et non deceptoribus iura subveniunt. Item quod res inter alios acta etc. Item notat gl. quod ex

communicatus donare potest

Apostolice sedis

Donatio quinquagesime vel centesime quam facit episcopus cum gravi detrimento ecclesie sue potest legitime revocari nec potest ultra quinquagesimam vel centesimam perferre etiam cessante lesione ecclesie sine auctoritate superioris. Nota gl. q. dicit quod aliqua sunt que melius in intellectu potest percipi quam loquendo exprimi

Propter eius

Istud capitulum ponit quatuor causas propter quos donatio revocatur. Primo propter iniectorem manus violentarum. Secundo propter atroces iniurias. Tertio propter damnatum datum in rebus donatoris. Item propter periculum vite. Predicta tamen non extenduntur ad donatoris heredes sed revocare donatores si hoc in vita sua tacuit. Ad glo. valde notabilem quam donatio revocatur et quam non. Item dicit de filio cui mater donavit. Item dicit quod feloniam commissa pro patre non imputatur filio

Titulus de peculio clericorum.

Investigandum

Questita per prelatum qui tempore promotionis patrimonium non habet questita presumuntur de bonis ecclesie. Nota glosam que dicit quod contra istam presumptionem admittitur probatio. Item doc. dicunt hic aliqui et faciunt argumentum de uxore et marito et ecclesia et prelato

Presbyter

Presbyter instrumenta emptorum de bonis ecclesie sue conficere debet nomine ecclesie. Nota hic quod doc. dicunt super

Libertus tertius

isto capitulo q̄ in dubio standum ē
narratōi instrumenti z presumitur p̄
illō q̄ nōiatur in instrumento

¶ Et vnusquisq̄

Questita a p̄bzo post p̄motōem que
fita p̄sumit̄ de bonis ecclē Nota g. q̄
arguit q̄ ego teneor tibi restituē q̄
occasione rei tue ad me puenit ar. c.
Ad nostrā. de iureiurando

¶ Inquirendū est

Questita de bonis ecclē ad nomē ecclē
scribi dñt. Nō h̄ doc. q̄ colligūt tres
casus in qb̄ emptū cuz pecunia alio
rū nō ē emētis s̄ eius cui⁹ ē pecunia.

¶ Si quis sane

Res ecclē ad culturam p̄ prelaturam re
ducte non efficiuntur proprie ipsius
prelari sed ad vitā eas tenere potest
Nota glo. que disputat an clerici bñ
ficiari sint vsufructuarij vel vsuarij.
Item dicit q̄s dicatur p̄heres

¶ Titulus de testamentis

¶ Quorundam

Ep̄s testari p̄t de p̄p̄ijs et nō d̄ reb⁹
ecclē Nota q̄ testamentum ē testatio
mentis q̄ disponit aliquis de reb⁹
suis q̄ fieri velit post decessū Item dī
cit q̄ as diuidit̄ in xij. vncias z as d̄r
tota hereditas

¶ Quia ingredientibus

Testamentū prelati religiosi nō valz
etiam si de consuetudine adiungetur.
Nota glo. que dicit quid sit legatuz
Item dicit glo. nō q̄d fit sed q̄d fieri
debet est considerandū Item dicit q̄
votum non tollitur prescriptōe Item
mulier non recipit ordines

¶ Nos quidem

Propter negligentiam heredis epi
scopus exequitur p̄iam testatoris vo
luntatem. Notant hic doc. ex tex. q̄
episcopus non potest mutare volun
tatē testatoris deputatā ad certū vsū
et est textus in Cle. Quia contingit
de religi. do.

¶ Judicante

Debetur legatum nudis verbis reli
ctum a testatore. z dicit glo. q̄ tale le
gatū etiā valet fm leges. Item dicit g.
hec q̄ ex nudis verbis etiā q̄s obli
gatur. Item glo. tangit q̄d faciendum
sit q̄n legatum est dubiosum super re
legata

¶ Filius noster

Non debet legatū cū testator rez nō
suā sed ecclesie legat alteri ecclē. No
ta gl. q̄ dicit q̄ si q̄s scienter legat rez
alienā tūc heres tenetur rem redime
re vel legatario precium dare.

¶ Si heredes

Si heres iussa testatoris nō implere
rit ab episcopo loci ad implēdū illa
compellitur. Nota glo. que dicit q̄
infra annum adimplere debet. Item
dicit q̄ testamenti defensio et execu
tio pertinet ad ep̄m

¶ Cum in officiis

De bonis p̄ ecclesiam adq̄stis clerici
testari non p̄nt Nota gl. q̄ dicit q̄
donatarius donatori naturaliter est
obligat⁹ ad antidota id ē ad similia.
Item dicit q̄ q̄cqd adq̄rit clericus ic.

¶ Ad hec presentibus

Moderatam elemosinam d̄ bonis p̄
ecclesiaz adq̄stis clerici facere pos
sunt sed testari de eis non possūt. Et
isto capitulo arguunt docto. q̄ quis
potest dare in vita de quo nō potest

De testamentis in antiquis.

disponere post mortem

Quia nos

De bonis proprijs vel adquisitis in ruitu persone clericus testari potest. sed de rebus ecclesie testari nō potest. **N**ota q̄ clerici in rebus ecclesie soluz vñum habent et debet esse cōtenti vñctu et vestitu zc.

Cum esses

Valet testamentum quod parochianus facit coraz presbitero suo z duobus testibus. nec valet contraria cōsuetudo. **N**ota tex. qui dicit q̄ in ore duorum vel triuz testium stat omne verbum. **N**ota glo. que t̄gīt an mulier hoc casu potest esse testis et videtur q̄ non. **E**t intelligas hoc. c. loqui in reb⁹ que ecclē vel ad pias cās relinquitur. non aut̄ generaliter vt leges corumpat. qz hoc nō ē verisimile ar. l. si quando. **R.** de inof. testa. nec forte etiam possz hoc papa facere vt ī glo sa allegatur.

Relatum est

Valet testamentū ad pias causas coram duobus testibus factū. **N**ō glo. que ex hoc capitulo arguit q̄ caue vltimarum voluntatum defunctorū spectant ad forum ecclesiasticū quod verum dicit quo ad pias causas.

Relatum est

De proprijs testari potest clericus in adquisitis per ecclesiam. etiaz si sunt mobilia succedit ecclesia vñ successor et de illis testari non potest. **T**amen potest ex illis aliquid seruitozib⁹ dare. **S**i vero clerice⁹ plures habuit ecclesias fiet diuisio inter illas.

Cum sibi

Alteri⁹ arbitrio potest committi testamenti factio. **N**ota gl. que dicit q̄

nullū est testamentū vbi nomen heredis non exprimit et institutio heredis totius testamenti est fundamentum. **I**te dicit glo. q̄ etiā nūtu fit testamentū. **I**te dicit gl. in si. q̄ heredes incerti possūt institui vt instituo heredes paupes xp̄i.

Officium

De relictis ecclesijs episcopus petit portionem suam licet fuerit sibi aliquod a testatore relictum nisi eo modo et nō in fraudem qd̄ ea parte sit contentus relictū sit et legatum agnouit. **U**el sic fin ab. **N**isi aliud a testatore dictum sit cōs suū recipiendo legatū alijs nō renunciat. **N**ota ar. qui vnuz recipit non videt̄ alteri renunciare.

Requisiti

Ista decretalis distinguendo et subdistinguendo declarat quādo z qualiter inter episcopum z cathedralem vel aliam ecclesiam sit diuidendū legatum. qd̄ sit vtriqz simul vel alteri tantum hoc p̄ summario.

Raimuncius

In bonis patris z matris z auie habet quis tertiā debitaz iure nature q̄ priuari nō potest. **E**t filius rogatus restituere hereditatez detrahāt debita iure naturez quartam trebellianicam ī qua computāt fructus post litis cōtes. pcepti. hoc dicit. **E**t nota glo. que dicit de quartis et alijs plura notabilia sicut de diuersis substitutionibus et similibus.

Tua nobis

Episcopus compellit fideicommissarios seu executores testamenti ad exequendum pias cās seu defunctorū voluntates etiaz si testator hoc interdixisset. **N**otauit hic doc. q̄ executor

Libert tertius

nō p̄t alteri p̄mittere vices suas quia
p̄mittit̄ industrie p̄soē hoc verū si cō
missio ē generalis sec⁹ si ē special̄ ic̄.

URaynoldus

Fili⁹ rogat⁹ de hereditate pat̄na resti
tuēda detrahāt tertīā debitā iure na
turez q̄rtā trebellianicā i q̄b⁹ p̄t lega
ta relinq̄re ⁊ hēdes instituē et penas
apponē. Nō h̄ g. q̄ etiā sūt notabiles.

Ioannes clericus

Executor fideicommissari⁹ q̄ susce
pit officium p̄ diocesanuz illius exeq̄
illud cōpellitur. Nota gl. que inter
cetera dicit mandatum suscipere nei
mo cogit. susceptū tñ necesse ē implē

De his que

Ista decretalis specificat quedā lega
ta de quib⁹ nō soluit canonica por
tio ep̄o vel ecclē parochiali nisi hoc
fiat in fraudē. Nota gl. que dicit q̄ ca
nonica portio diuersimode deducit̄
fm̄ varias cōsuetudines locorū. Itē
dicit quō fraud̄ d̄z p̄bari.

Titulus de testamentis li. vi.

Si pater

In fideicommissarijs substitutōib⁹ lo
cū h̄z quartarū deductio in directis
nō ⁊ substitutōes interpretari debent⁹
directas dūmodo p̄ueniāt v̄bis et p̄
sonis institutis. Notat g. de paup̄ib⁹
consanguineis an sunt preferendi. *pe*

Religiosus

Religiosus nō p̄t eē executor nisi ha
bita licētia a suo supioze. Itē vn⁹ exe
cutor ex plurib⁹ p̄t exequi testamētū
si alij noluerit. aut nō potuerit inter
esse nisi aliud appuerit fuisse de mētē
testatoris q̄z tūc sec⁹. Nota g. q̄ dicit

tex. loquit̄ indistincte. ergo intelligit̄
de quolibet religioso siue sit regula
ris siue mendicans

Titulus de testamentis in cle

Religiosis

Ordinarius loci rōnem exigit a reli
giosis etiā exemptis de testamētōrū
executōib⁹ quas gesserūt. et si contra
hoc deliquerit illos punit. Vide gl. q̄
inter cetera videt̄ querere an testator
p̄t executor ē suū liberare q̄ nō tenea
tur reddere rōem de executōe sua.

Titulus de successione ab
intestato

Sed hoc

Ecclē succedit clerico etiā i bonis pri
monialib⁹ ⁊ alijs intuitu p̄sone adq̄si
tis si d̄ eis i vita nō disposuerit ⁊ ali
os hēdes ab intestato veniētes post
se non reliquerit

Sancto concil.

Si cleric⁹ decedat intestat⁹ peculium
eius diuidit̄ i quatuor ptes quarū vna
ep̄o. altera ecclē. tertia paup̄ib⁹. q̄rta
penitibus si idonei et capaces sunt d̄
tribuat. Nota g. que docet q̄d faciē
dū sit q̄n dubitat an clericus habuit
bona p̄ria ic̄. Itē dicit q̄ nullus he
res nobis p̄ximior ē q̄ q̄ nos d̄no so
ciauit. et alle. c. p̄sbi de pe.

Ecum dilectus

Rector ecclesie dicitur intestat⁹ si nul
lum fecit testamētū vel fecit sed furio
sus et tali succedit ecclesia si nō habz
consanguineos. secus autē si apparet

De sepulturis in anti.

illuz fu ille monachū vel sana mente
test atū. h. d. fm Jo. an. Ad tex. q. vi
deur tangē de dicto vni^o testis z d
pseffione facta extrajudicialitē qntuz
illa valz. z g. etiā tangit super verbo
psitentē itē notat glo. de furioso zc.
Item querit g. quid de illo qui sana
mente dedit sua ecclie zc. z postea sine
reuocatione in infirmitate sua inci
dit in frenesim.

De sepulturis

V Nos instituta.

Decedens intestatus z qui nō elegit
sepulturā cū suis maiorib⁹ id est in
sepulcrū suoz parentū sepeliri dz. ec
clesia tñ parochialis habebit cano
nicam portionē ei⁹ qd reliquit ecclie
sepulente. h. di. nota tex. q. socij tribu
lationū erunt z socij consolationuz.
Item dicit tex. ne transgrediaris ter
minos antiquos quos posuerūt pa
tres tui

Relatum

Qui convertitur ad monasteriū siue
in vita siue in morte medietatez reli
ctorū p anima sua ecclie parochiali
quā dimittit p diuidere dz. Nō glo.
que dicit q. super predicta medietate
statutur psuetudini. z all.

Fraternitatem

In sepulcro parentum suoz dz quib⁹
libz tumulari. etsi contraxerit est re
stitutio facienda. Nō gl. que querit
anne tātum valz oīo generalis sicut
spēalis. Item gl. ponit versus Nissa
frequens sancto qz preces ieiunia sa
crā. Defunctis psunt pdest elemosy
na recta. Item min⁹ legitima volun
tas defuncti non valz

De his

Si quis in egritudine i q̄ decedit se
et sua monasterio ptulit z ibidez se

pulturaz suā eligit parochialis ecclia
decedentis habebit portionem suā.
secus si in sanitate hoc fecerit

Ex parte.

Qui sepelit parochianū alteri⁹ iniu
ste ipm tenetur restituere cuz omib⁹
ei⁹ occasione pceptis. Nō g. que tan
git qualiter faciēdū sit cū minor eli
git sepulturā z qñ quis dolo ad eli
gendum inducitur

Cum liberū sit

Rapiens corp⁹ alicui⁹ z ad eccliam
suam sepeliens iniuste. ipm cū einoli
mentis inde receptis restituere tene
tur. Nota g. que tangit qua actione
hoc casu agendū est scz conditiōe ex
hoc canone.

De vxore.

Potest vxor sicut vir eligere sepul
turam. pater p̄t filios minores sepe
lire quo vult si hoc habeat consuetu
do. Nō g. que dicit q. pater p̄t filio
facere testamētū si sibi p̄i p̄us faciat
testamentū. nā testamētū filij est seq̄
la testamētū sui patris zc. z all. Insti.
de pupill. substi. s. ergo zc.

Cum super

Eligens sepulturā extra eccliaz suaz
parochialē dz ei q̄rtā portionem te
stamenti sui relinque. Nōt gl. q. mo
nasteria dicuntur magis religiosa q̄
ecclie parochiales siue cathedrales.

Certificari

Parochiali ecclie fm regionis psue
tudinē ē canonica portio exhibēda
Nō tex. dicentes q. vnaqueqz regio
suo sensu abundat. Nota g. que que
rit qd sit faciēdū si dubitatur de cō
suetudine et varie in vicinio sunt cō
suetudines tunc de minori debet in
telligi

In nostra p̄ntia

l. 7

Libertertius

Cum parochianus eligit alibi sepeliri de legatis ab eo factis h3 canonicam portionem ecclesie parochialis sed si non elegerit et alibi sepultus fuerit totum habet. **Nō** glo. que dicit quoniam tractus futuri temporis spectat ad iudicem. item an dolus rescindat contractum in spiritualibus quod est contra id quod est supra. quod metus causa. dilecti filij. ubi de hoc

Ex parte parentum

Qui casu moriuntur in cimiterio sepeliri debent. **Nō** g. q. dicit illi qui sponte se precipitant apud ecclesiam sepelendi non sunt. et alii. **Nō** casus in quibus fallit regula quibus conicam vivis et. s. in furibus et latronibus. item in illis qui moriuntur in torneamentis. item in raptoribus. item in his qui seipsum interficiunt et

Sacris est.

Excocati in cimiterio sepulti si ossa eorum et cetera sunt exhumandi **Nō** gl. que dicit quod ratione dubietatis aliquid admittit quod alias non admittitur sicut et ratione pneritatis. ratione etiam difficultatis separationis. ut in g. alleg.

Abolende

Pro sepultura etiam ecclesie precium solvi non debet. **Nō** g. q. dicit quod sepultura dicitur locus siue terra in qua nunquam ullus fuit sepultus et talis locus potest vendi. secus de cimiterio et officio sepulture. laici tamen appellati possunt ut servent laudabiles consuetudines.

Parochiano

Excocato etiam per manifesta offensa in mortis articulo absoluto ecclesiastica sepultura denegari non debet. et heredes sui ad satisfaciendum pro eo sunt tenentur. ecclesie compellendi. **Nō** g. que tra

ctat quando heres tenetur ex delicto defuncti. not hic Abb. quod heres tenetur hoc casu respondere coram iudice ecclesiastico. quia defunctus ante absolutionem permittit parere mandatis ecclesie antequam fuit in morte absolutus

De sepulturis. li. vi.

Animarum periculis

Ista decretalis in principio sui prohibet ne quis inducatur aliquo pacto vel iuramento aut promissione ad eligendum sepulturam in certo loco vel quod electus non imutet. quod si secus factum fuerit penitus nullius erit valoris et loquitur universis religiosis et secularibus clericis cuiuscumque status vel conditionis.

Cum quis

Si quis cuius maiores sunt soliti ab antiquo in aliquo ecclesia sepeliri ea dimissa eligit alibi sepulturam canonice portio dimissa non debetur ecclesie. sed illi duntaxat in qua ille officia consuevit audire divina et ecclesiastica recipere sacramenta

Is qui habens

